



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXII. De fide Instrumentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](#)

De Testibus cogendis.
TIT. XXI.

1. Possuntne cogi testes ad testimonium cendum?

OMnino, in causis utique civilibus que tum ob publicam utilitatem, veritas in alicujus præjudicium occulenta tum etiam, quia testimonium perhibere muneris publici, ad quod etiam invitus compellitur.

2. An & in causis criminalibus?
can. Ex Id quidem aliqui negant; ex *missione delicto* II. quod nemo alteri debeat detrahēre, *de q. 1. per* clarando ejus delicta, ergo neque alii *c. 4. 5. 8. &* cogi: sed verius alii adfirmant, quod *c. ulti. b. t.* stificari in causa criminali non tam facili cui detrahere, quam veritatem dicere atqui expedit Reip. ne crimina maxima impunita.

De Fide Instrumentorum
TIT. XXII.

Non solum testibus, sed & instrumentis quis judici fidem facere potest, intentionemque suam probare: unde optime pretium est nosse, quæ instrumentum dem judici faciant, quæ non.

1. *Quid est Instrumentum?*

Instrumentum in generali sua acceptio- *l.2.D.b.t.*
ne significat id omne, quod caussam in- *&c.4.sup.*
struit, & quo fides fit judici, atque ita *tit.prox.*
& testes & testimonia Instrumenti nomi-
ne veniunt. Specialiter vero & proprie-
tatem accepit pro qualibet scriptura, quae fi-
dem rei, quam continet, judici facit, & cau-
sam instruit.

2. *Quotuplex est Instrumentum?*

Duplex, aliud *Publicum*, quod a pu-
blica persona, veluti a Tabellione vel
Notario publico, solenni ac debita for- *c.2.&c.6.*
ma est conscriptum, aut publico & au- *b.t.*
thentico sigillo Principis, Episcopi vel
capituli signatum, auctoritateve Magi-
stratus interveniente publicatum. Aliud *c.9.b.t.&*
Privatum, ab homine privato, nulla *c.7.sup.*
auctoritate publica confectum, ut chiro- *De probat.*
graphum, apocha, antapocha, syngrapha,
epistola.

3. *Interestne quoad fidem faciendam inter
haec duo genera?*

Interest sane: quia instrumenta pu-
blica de eo, quod instrumento contine-
tur, plenam fidem faciunt, & non tan-
tum ipsa authentica, ut vocant, sed au-
ctoritate judicis confecta. Privata vero *c.ult.b.t*
instrumenta regulariter non faciunt fidem

I. Scriptu- pro scribente, nisi trium testium sub-
ras II. in ptione fuerint munita; tum enim ea a
fine cum piuntur quasi publice confecta.

Auth. seq.

C. Quipot. 4. *Cur addis, non facere fidem profi-
in pign.*

Quia contra scribentem dum
causam expressam habeant, ex qua
c. Sicutatio quid debitum sit, puta ex mutuo
14. b. t. plenam fidem faciunt, etiam nullo
ste adscripto: secus, si causam exp-
sam non habeant.

5. *Suntne casus, quibus contingit, ut in-
strumenti publici, vel etiam privati,
vari ac destrui?*

Sunt utique; veluti I. per con-
rios testes, qui deponant, rem non
contigisse, ut Tabellio vel Notariorum
fitetur, eosque ad minimum tres, si
c. 10. & 15. instrumento inscripti mortui sint: quia
Gl. ac Dd. vis communius receptum sit, ducos si
b. t. c. Im- cere fide dignos & omni exceptione in-
putari. 13. jores. II. Si ab uno eodemque con-
b. t. d. c. 13. strumenta fuerint producta, quia
& ibi ea producenti imputandum. Quod
Doct. diversis diversa producantur instrumen-
c. 6. vers. ta, estimabit judex, cui standam posse
instru- III. Si rasuram habeat instrumentum
mentum. alicujus vocabuli, vel syllabæ, qua-

mutet substantiam. Secns: si sensum in b. t. c. 3. instrumenti rasura non mutet. IV. Si pro eod. dicitur confectum ab alio Notario, quam vers. in qui instrumento subscriptis. strum.

De Præsumptionibus.

TIT. XXIII.

Continet & probationem aliquam indicia & argumenta, fidemque faciunt modo plenam, modo semiplenam, & interdum alias præsumptiones adjuvant.

1. *Quid est Præsumptio?*

Est conjectura probabilis, ex certo aliquo signo proveniens, ad adstruendam rei dubiæ fidem. *Vel: Est anti-Menoch.* cipata de re dubia opinio, ex argumentis, indicis & conjecturis, per veras re-lib. I. q. 7. rum circumstantias plerumque evenientibus sumpta.

2. *Quotuplex est?*

I. Præsumptio alia est hominis, alia legis. Præsumptio hominis est conjectura, quam facit homo, ex facti qualitatibus & circumstantiis aliquid conjicendo, & adsumendo pro vero, donec aliud demonstretur ac doceatur. Præsumptio legis.